

pretiositas: & oportet exaltari in spiritus Dei alium; ut constet hominibus, quantum in eius sanguine pretium. *Oportet exaltari ut omnes in ipsum intusantur*: inquit Maldonatus hic num. 58. Quid videbunt? Corpus luridum, uandique faucium? Cadaver transfusum, vulneribus plenum? Purpura in sublime posita mittit, ostenditque spectabilem fulgorem: & tolli in cruce, vocat Christus sanguinis sublimitatem; quia tunc purpuræ cognoscitur pretium, ubi tollitur in altum. Exaltatione opus est, dum imminet dira mors. Exaltatione: Utique. Non est mors: & crudelis: sed necessarius modus exaltationis, ut cuncti aspiciant sanguinis pretiositatem, dum sicut purpura tunc ampliore mittit fulgorem.

Mald.

Dum in cruce cor  
pus officia  
dit suau-  
citem, ce-  
tiam pa-  
uit pur-  
pura pre-  
sum.

Plin.

Purpura  
aqua dul-  
ci necan-  
tur.

Prin.

Prinsep  
cognoscat  
posse ma-  
ri.

Senec.

M. Mach  
6.

Q. Curt.

Martyri  
deficit vi-  
ta, quia  
deficitur  
certamina  
ta.

evanescent in ventum, sine foco certaminata. Ardor pectoris subripit ab elemento virtutem, & sequitur proprietatem deficitque vice flamma, quoniam virtuti pectoris deficit sphaera. Miratur Pilatus non Christi mortem, sed velocitatem. *Mirabatur, si iam obisset. Acceleravit cuncta crudelitas, verum Christus celeriter vicit cuncta. Nil vel in crudelitate indole tormenti plus. Consummatum est: & deficit vita, quia defecerunt tormenta. Nutrita erat vita in mari falso tribulationum: vivebat ignis combustibili cruciaminum: & fugit vita, quia consummata sunt omnia.*

24. *Cognovit, quia moretur.* Non cognovit quod moretur, sed cur moretur. Non cognovit mortem truculentam, sed mortis causam. Quoniam ergo interius Principis? Tela quietis. Fecit in bello insignia, ita ut subigere mundum: & post haec, qui nutritus in armis, qui quiescebat in scutis, *decidit in lectum.* Lectulus requie destinatur: & illico decidens cognovit quia moretur; igitur cum vita nutrietur certaminibus, vulneribus, diurno agone; mors praefens erit in obrenta quiete. Ut eius foret vita, erat pugna necessaria. In certamine pugnavit, lecto quiescebat: & obviavit vice finis, quippe dulcedo exulaverat laboris. Fortiores Martyres in agone quam Alexander, siquidem hic vicit orbem armis, illi membris. Alexander vulnere, Martyres vulnerati. Plures à tyrannis (ne viderentur vinci ab inerbimus) alliciebantur collocati lectis mollibus, & subito efflabant animam. In requie: Utique, ut viverent querebant pugnam. Vivebant in tribulationum mari, & purpura pretiosa moriebantur aqua dulci. *Avida est periculi virtus* (praedicat Seneca cap. 4. de Provid.) & quod tendat, non quid passura sit cogitat, quoniam & quod passura est, gloria pars est. *Marcel sine adversario* (inquit cap. 1.) *tunc apparet quantam sit, quantum valeat, polleatque, cum quid possit, patientia ostendit.* Nusquam clarius, quam in Martyribus, igitur ostendunt quid possunt, vel dum illos tyranni persequuntur, deficiente vita, pugni dirempta. Iam purpura iuxta purpuram posita, ut constet ex pretio, dam fit collatio. *Omnem vestem illuminat, in triumpho* (subdit Plinius) *miscetur auro.* Servitiam purpura fert.

Plena maris rubri spolijs colloque comisque  
Candida Sidonio perlucet pectora silo.

Marce.  
13. 44.  
Ioanni.  
19. 30.  
Corpus  
morsus  
cum nit  
reflisset  
vincen-  
dam.

Mors  
Martyris  
in telis  
quietis.

Qui vi-  
dit labo-  
re expi-  
rat quiete  
dulcedine.

Seneca

Quid pos-  
sit vir-  
tus Mar-  
tyrum in  
crista, pos-  
sidentur  
formena-  
ta.

Lucana

# TAUTOLOGIA DUODECIMA.

TU NOSTI SERVITUTEM, QUAE SERVI TI TIBI.

Genes. 30. v. 26.

## EXPOSITIO LITTERÆ.

PRÆMIA aucter petit, & metetur, qui officia propalam dignato, esto ingratisimo exponit. Non precatur, exigit & astruam ratione, admisso in litem vel ingrato, iudice. Haud timet repulsum, qui non imprecatur gratiam. Sit ergo præmij iudex, qui debiti testis. Iacobus ergo reverfus in patriam iuxta Dei, qui præserpiterat, placitum; domus suæ providens, ne rediret vacuum, sicut Prodigus, ad genitorem, ac baculo tantum transiret denud Jordanem, quippequam per viginti annos Labano improbo labore servierat; ut operi condignam vel congruam nancisceretur mercedem, fecero dixit: *Tu nosti servitatem, qua servivi tibi.*

2. Huic Hebraismo affines sunt alij. Ezech. 29. 18. *Merces non est reddita ei* ( Nabuchodonosor ) *neque exercitui eius de Tyro, pro servitute, qua servivi mihi adversus eam.* 1. Reg. 17. 9. *Si ego praevalero, vos servi eritis, & servietis nobis.* Apocal. 22. 3. *Sedes Dei & Agni in illa erunt, & servi eius servient illi.* Etiam, quia ex materia servitutis oritur necessitudo dominij vel potestatis, dicitur Ios. 49. 7. *Hæc dicit Dominus, redemptor Israël ad servum Dominorum.* Ut ergo constet, quid hoc stylo designetur propriè, acceptiones servitutis extricandæ.

3. Servus propriè iure belli, licet iam ære coemptus, sit servus; qua causa dicitur servus emptus, & ex servatus venient sub hasta, ut ait Alexand. ab Alex. lib. 3. *Dior. Genial.* cap. 20. *Origo vocabuli servorum in Latina lingua inde creditur ducta, quod hi qui iure belli possent occidi, à victoribus, cum servabantur, servi fiebant, à servando dicitur.* Hæc Augustinus lib. 19. *Civit. Dei* cap. 15. Donatus in *Adelph. Terent.* Act. 2. Scen. 1. v. 28. *Mancipia dicuntur quod manu capta sunt, servi qui servati sunt, quum eos occidit oportere iure belli.* Idem Iustinianus lib. 1. *Pandect.* qui mos iuxta Plinium lib. 7. cap. 56. à Lacedæmonijs manavit. Alludit Virgilius lib. 10. *Aneid.* v. 525. ubi supplex Mages Aeneæ irator:

*Te precor hanc animam servos natoque patrique.*

Plautus etiam in *Captiv.* Act. 2. Scen. 2. v. 60.

*Tam ego fui ante liber, quam gnatus tuus.*

*Tam mihi, quam illi libertatem hostilis eripuit manus.*

Unde Servitus dicitur mors civilis. *Educam vos de sepulchris vestris.* Ezech. 37. 12. *De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos.* Osee 13. 14. *Idest, de captivitate.* Quare Ieremias pro filiis Israël ductis in Babylonem Thren. 3. 6. *In tenebris collocavit me, quasi mortuos sempiternos.* Servus apud Plautum ubi dudum Act. 3. Scen. 4. v. 88.

*Me insaniam*

*Neque tenere, neque mihi esse morbum, nisi quod servio.*

4. Alia olim fuit servitus publica, alia privata. Ideo idem ibid. v. 84. Act. 1. Scen. 2.

*Privatam servitatem servit ille, an publicam?*

Lipius *Electior.* lib. 1. cap. 22. *Romanis* (inquit) *mos fuit, sed & Græcis, ut ex gente captiva plerumque servos quosdam Respublica sibi schigeret, atque seponeret ad varios usus.* Non ex captivis, sed ex libertinis, iuxta Petr. Fabrum, *Semestrium* lib. 2. fiebat huiusmodi secretio. *Servitus quædam publica, quædam privata.* Isti servi. Latè sumpto vocabulo, publici nominantur: qui licet servitute liberati, manuum missi fuerint, ministerium tamen publicum aut magistratibus, aut sacerdotibus exhibent, qui ex libertinorum corpore plerumque sumebantur. Patet in Gabaonitis Iosue 9. 27. *Decrevitque in illo die, eos esse*

Tautologia  
de Servitute

Servus un-  
de dicitur

Augustina  
Donat.

Virgil.

Plaut.

Servitus  
mors civilis

Plaut.

Idem.  
Servitus pu-  
blica, & pri-  
vata.

Ex quibus  
publica

Nabimai  
quis  
Hieron.

in ministerio cuncti populi & altaris Domini, cadentes ligna, & aquas comportantes usque in praesens tempus in loco, quem Dominus elegisset. Nabimai (ait Hieronymus in Tradit. Hebr. 1. Paralip.) id est, Donati, sunt Gabaonites, eo quod ad servendum dati sint ad templum Domini. Hinc Graeci vocantur Demofii: hoc est, Servi publici. Si ampliora desiderantur, consulendus Serarius hic. Rivera de Templ. lib. 3. cap. 4. Villalpand. in Appar. part. 1. lib. 2. cap. 7. Sigonius de Republ. Hebr. lib. 5. cap. 7. & Stephan. Menoch. lib. 2. cap. 4. num. 10. De servitute publica & privata fusè sequitur argumentum Pignorius, & Alex. ab Alex. ubi supr.

5 Durior erat, ut patet, servitus privata publica, non tantum acceptione qua Faber, sed vel acceptione qua servitutem publicam cogitat Lipsius. Arumnas refert quidam mancipatus apud Plautum, in Asinar. Act. 3. Scen. 2. v. 1.

Perfidia laudes, gratiasque habemus merito magnas  
Quam nostris sycophantijs, dolis, astutisq;que,  
Scapularum confidentia, virtute ulmorum freti,  
Qui adversum stimulos, lamas, eruceq; que compedesque.  
Nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, boias  
In doctoresque acerimos, gnarosque nostri tergi  
Qui saepe ante in nostras scapulas, cicatrices indiderunt &c.

Plaut.

Saepe in bello minime victi servabatur ut fervirent, sed ut victores etiam inimice vendereat. Quo intelliges difficilem Amos 1. 9. auctoritatem, & quam iuste Deum praefacinores excandentem. Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non convertam eum, eo quod concluserint captivitatem perfectam in Idumaea. Captivitas erat, dum victi Israelitae iure belli servabantur: & dicitur perfecta (a Symmacho, Completa) quippe servabantur, ut ab illis, insensit Idumaeis venirent, sub cuius potestate ut lamentatur Ieremias Thren. 5. 5. Gerevibus nostris minabamur, lassit non dabatur requies. Claret istiusmodi inhumanitas ibid. v. 7. ubi de Gaza dicitur, quod de Tyro. Iratus est Dominus. Eo quod transferunt captivitatem perfectam, ut concluderent eam in Idumaea. Has enim iniquitates refert etiam Iocel. 3. 6. ubi Tyrum, Sidonem, Palaestinosque alloquitur Dominus dicens: Filios Iuda & Ierusalem vendidistis filijs Graecorum. Vendam filios vestros in manibus filiorum Iuda, & vendabunt eos Sabais. Haec est captivitas completa, siquidem calamitas haec, sine in servitute extrema & ultima, quippequam potius complecterentur mortem, quam ferre, imò perferre istiusmodi servitutem. Unde Troas apud Virgilium lib. Aeneid. v. 98.

Amos.

Quid est captivitas per se  
Post captivitatem ve  
nire, extrema factis in  
felicitas,  
Virgil.

— O ter quaterque beati,  
Quae ante ora patrum Troia sub mœnibus altis  
Contigit oppetere.  
Et Andromache ibid. lib. 3. v. 322. alludens mortem Polyxenae:  
O felix una ante alias Priamœa virgo,  
Hosilem ad tumulum Troia sub mœnibus altis  
Iussa mori, qua sortitus non pertulit ullos,  
Nec victoris heri tetigit capta cubile.  
Eadem ferè Ovidius lib. 13. Metam. Fab. 3. Seneca in Troad. Act. 1. v. 1532.

Senec.

— Felix Priamus,  
Dicimus omnes: secum excedens  
Sua regna tulit: nunc Elysi  
Nemoris tutis errat in umbris,  
Interque pius felix animas  
Hectora quarit. Felix Priamus  
Felix quisque bello moriens  
Omnia secum consummata videt.

Euripid.

Idem in eadem tragedia Euripides in persona Andromaches ait:  
— Navi vebar ego  
In Graeciam captiva ad servitutis iugum:  
An non minor meis habet malis  
Polyxena mors?

Ab ingenius potius profunditur vita, quam sustinetur infamia. Quas pertulerint filij Israel videbis loc. cit. Ioëlis & Ieremias.

6 Inconculum itaque, servitutem proprie accipi, pro sui iuris non esse, in quo continentur omnia praefata, ita ut servus pendeat à voluntate aliena, serviens ad oculum.

vel

vel ad nutum, sive voluntaria, sive invito, praeter rationabiliter, vel farenter praescripserit dominus. Indicat Goliath, cum despiciens Israelitas dixit: Si percussit me, erimus vobis servi: Si autem ego prevaluero, & percussero eum; vos servi eritis & servietis nobis. Ubi illo addito in pacto, aliquid videtur indicare, quod ita palam à suis fatagit removere. Mihi videor videre servitutem projectam, infamem, viliam mancipiorum cum despectu & ignominia, de quo infra num. 8. 9. 10. quae servitus à Cornelio Tacit. lib. 4. Histor. cap. 17. dicitur servitus misera. A Plauto in Amphitr. Act. 1. Scen. 1. v. 12. Servitus dura, & ibidem verò. 20.

Ergo in servitute expetunt multa iniqua.

Habendum & servitutum est hoc onus cum labore.

Eodem sensu in Sacris. Isai. 14. 3. A servitute dura, qua ante servisti. & 2. Paralip. 10. 4. Imposuit gravem servitutem: id est per fas & neias, & iniquum. Ezech. 29. 18. dicitur: Nabuchodonosor rex Babylonis servitute fecit exercitum suam servitute magna ad versus Tyrum: omne caput calcavit, & omnis humerus depilatus est; & merces non est reddita pro servitute qua servitisti mihi. Patet in quo servitus & gravis; & quia membra pondere armorum attrita; & quia mos erat, servorum capita radi. Plautus ubi supr. Act. 2. Scen. 1. vers. 43.

Hodie abrafo capite calvus.

Miserima isthac miseria est servo bondi.

Morem indicat Cornel. Tacitus lib. 2. Annal. cap. 39. dicens de Agrippae servo Clemente, qui Republicam percelleret, & nova in imperio moliretur, se fuxit Agrippam; Ignotis locis sese abdit, donec orinem, barbamque promitteret: nam atate & forma baud dissimili in dominum erat. His ergo temporibus tantum utitatis destinatis trememibus. Recollitur huiusmodi ignominia 1. Paralip. 19. 4. ubi: Igitur Hanon pueros David decalcavit, & rasti &c. Hispan. Invidios como a unos galeotes. Etiam Deut. 32. 42. De captivitate nudati inimicorum capitis. Propudium utique erat, maxime in feminis: quapropter Isai. 3. 17. ut exprimitur proxima captivitas feceminis, de coma gloriatis, dicitur: Decalcabis Dominus verticem filiarum Sion. Formata in gradus erat coma, ut dicitur de Nerone à Sueton. in eius vit. cap. 51. quod quidem à Seneca de Brevit. vitæ cap. 12. In anulos. Ovid. lib. 2. Amor. dicit: Crines in ordine ponere. Euripides in Iphigen. In statione. Manilius lib. 2. Crines in stultum. Quintilianus lib. 12. cap. 10. In gradus & anulos. Hispan. Bucler, y Crespes; quasi Celsa frontis honores, suggestumque comae: uti canit Statius lib. 11. Silvar. Quapropter subditur ab Isai ibid. v. 24. Erit pro zona funiculus, pro crispante crine calvitium, & pro fascia pectorali cilicium: uti signa servitutis & conditio captivitatis. Vernaculè: Pelonas, rapadas à navaja, como las de la galera. Quare inter Hispanos libertatis olim signum capillitium, dicente Martiali lib. 10. Epigram. 65.

Hispanis ego contumax capillis.

Vide plura pulchra & selecta de varijs Nationibus apud Caelium Rhodigin. Lect. Antiquar. lib. 15. cap. 8.

7 Huic namque servituti saepepius iniungebatur interdictionum armorum, quod servituti gravissimum onus haberetur, quandoquidem vel spes libertatis praeciditur. Porro arma interdixit Romanis. Unde Plinius lib. 34. cap. 14. inquit: In federe quod expulsi Regibus Pop. Romano dedit Porcena, nominatim comprehensum invenimus, ne ferro nisi agricultura uterentur. Ex Sacra pagina constat 1. Reg. 13. à num. 19. Porro faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Israel. Caverant enim Philistim, ne forte facerent Hebraei gladium aut lanceam. Descendebat ergo omnis Israel ad Philistim, ut excaceret unusquisque vomerem suum & ligonem & securim & sarculum. Retusque erant acies vomerum & ligonum & tridentum & securium usque ad stimulum corrigendum. Cumque venisset dies praesertim, non est inventus ensis & lancea in manu totius populi. eadem invenies 4. Reg. 24. 14. Ierem. 24. 1. 29. 2. Sicut enim pro pace gladij constantur in vomeres, ut dicit Isaias 2. 4. & Martialis lib. 14. Epigram. 34. de falce ex gladio.

Pax me certa ducis placidos confluxit in usas:

Agricola nunc sum, militis ante fuit.

Ita pro bello, vomeres constantur in gladios, uti astruitur Iocel. 3. 10. & ab Ovid. lib. Fastor.

Sarculo cessabant, versisque in pila ligones.

Factaque de rastro pondere castis erat.

Virgilius lib. Georgic. v. 505. quod iterat lib. 7. Aeneid. v. 635.

Quippe ubi fas versum, atque nefas, tot bella per orbem,

Tom. II. Taut.

liii

Tam

Quid pro  
prii servituti  
1. Reg. 17  
9.

Tacit.

Plaut.

Isai.  
2. Paralip.  
Ezech. 29  
18.

Radi sicut  
caus  
servorum.

Plau.

Tacit.

1. Paralip.

Cesaris  
anulata &c  
quid  
Seucc.

Signum hec  
libertatis.  
Stat.

Martialis

Plin:  
Stercis inter  
dicebantur  
arma.

1. Reg.  
Signum pax  
cu constant  
gladiis in  
vomeris.

Martialis

Belli verò;  
vomeris ig  
gladiis.

Ovid.



digebant: dicitur Sapient. 19. 13. igitur Egyptij Israelitas advenas, peregrinos, & ho-

Discrimen  
Inter ser-  
vientes,  
& servitū  
servantis  
Plaut.

Claudian.

Nequitia ef-  
se Vestalis,  
qua paren-  
tes famulos  
aliquorum  
babuisset.  
Chazar.  
Servitus pro  
famulatur.  
Plaut.

Sandum enim erat apud Romanos, ne cuiuslibet aliquando, & aliquomodo famuli, esse nobilissimi, filia esset virgo Vestalis: quod ita explicat Vincent. Chartarius de Imag. Deor. in Magn. Matre, fol. 148. Harum parentes eiusmodi esse debebant, ut nunquam servitum servissent.

13 Vocatur ergo servitus famulatus. Quare Plautus ubi supr. Act. 2. Scen. 3. v. 29. ait: Omnium Primum salutem dico matri, & patri, Et cognatis, & si quem alium benevolentem videris. Me hic valere, & servitum servare huic homini optumo, Qui me honore honestiorem semper fecit, & facit.

Et sepe Seneca in Troad. qui in Herculi furent. Act. 2. v. 445.

Senec.

Delir.

Claudian.

— Quid violas lovem? Mortale genus non post est iungi genui? Communis ista pluribus causa est Dei? Famuli ne fuerant antequam fierent Dei? Ubi Delrio: Deos nonnullos hominibus servisse servitum. Et Claudianus in IV. Consul. Honorij, v. 198.

Ovid.

— Famulosque recepit, Natura tradente Deos. Quo claret servitus pro famulatu, non pro mancipatu. Canit Ovidius de Apolline servo Admeti lib. 2. Metam. Fab. 11.

Panyal.

Illud erat tempus, quo te pastoris pellis Textit, onusque fuit baculus sive vestris olive Alterius dispar septenis fistula cannis. De pluribus alijs canit Panyalis in Heraclia. Passa Ceres, passusque insignis Mulciber, estque Passus Neptunus, passus est Phœbus Apollo, Mortali ipse suas operas mercede locare: Passus Marsque ferox irato à patre coactus.

Idolorum  
& adulatio  
ni derisus.  
Sueton.  
Tacit.  
Barcl.  
Ambitioni  
in ipsissima  
servitum.  
Senec.

Ride. Causa est, ubi vel qui adorabat Vespasianus deridebat. Ne in metu quidem ac periculo mortis (refert Suetonius in eius Vit. cap. 23.) extremo, abstulit iocis. Prima quoque morbi accessione, Ut, inquit, puto, Deus sis. O Dij præclari! Optime de Senatoribus, obsequijs, quibus servi, studentibus, dixit Tiberius: O homines ad servitum paratos! Subdit Tacit. lib. 3. Annal. cap. 65. Scilicet, etiam illum qui libertatem publicam nollet, tam proticte servientium patientia tadebat. Et Barclaius in Argenti. lib. 4. Blandula illa servi- tus (Regis) ut illam quoque indignis laboribus coemere studeamus. Hanc ita taxat Seneca ut supr. Dabo consularem ancilla servientem, dabo ancillula divitem, ostendam nobilissimos iuvenes mancipia pantomimorum. Nulla servitus turpior, quam voluntaria.

Servitus pro  
ambitione.  
Tit. Liv.  
Mai. 49. 7.

14 Hinc liquet alia servitutis acceptio pro ministerio, de qua late egimus Tom. 1. Tautolog. g. 6. ad illud Genes. 3. Sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Unde Tit. Livius lib. 34. Servitus muliebris exiuit viduitate, & orbitate. In Biblia passim. Servus dominorum idest, minister. Quapropter 1. Reg. 2. 18. 30. 3. 1. & alijs in locis, ubi Vulg. Ministrare: Hebr. legit: Servire. Iccirco qui sub aliena potestate ministri, vocantur servi, non accepto servitio nisi pro ministerio. In Scriptura saepe dicuntur Pueri. 1. Reg. 9. 27. 2. Reg. 1. 15. 4. Reg. 5. 20. 1. Machab. 1. 7. Matth. 8. 7. & alibi cre- brio.

brd. Quo intelliges illud Apocal. Servi eius servient illi: hoc est Ministrabunt: uti legit Syr. Ribera pro Servi dextrè interpretatur Cives: igitur in civitate illa caelesti Jerusalem in qua sedes, idest, regia, Dei & agni; servi eius cives, nimirum, quia ædificatur ut ci- vitas, servient ei.

15 Hæc hic pro Servient, vertit: Regnabunt, Dominabuntur: haud tantum quia servire Deo regnare est (torqueamus pro veritate cogitatum blandimini à Claudian. lib. 3. de Laudib. Stilic. v. 113.

Fallitur, egregio quisquis sub principe credit Servitium. Numquam libertas gratior existat, Quam sub rege pio: quos præficit ipse regendis Rebus.)

Sed quia multoties servitus pro dominatione accipitur, ut patet præfata auctoritate, & cum dicimus Magistratum, servitium publicum; & moderari, servire Republicæ. Constat acceptio Apocal. 5. 10. ubi: Fecisti nos Deo nostro regnum, & sacerdotes, & regnabimus. Simul, ut vides exponatur subiectio & dominatio. Terentius in Andr. Act. 1. Scen. 1. v. 9.

Apud me iusta & clemens fuerit servitus, scis. Ubi Donatus: Mirè servitum pro dominatu posuit. Ideo addit: Feci è servo, ut esset libertus mihi, Propter quod servitibus liberaliter.

Testatur etiam Plautus in Captivis Act. 2. Scen. 2. v. 22. ubi servus sibi gratulans: Non fuit molesta servitus: Nec mi secus erat, quam si essem filius familiaris.

Perinde servitus intelligenda est, tamquam obedientia filialis, non servilis: siquidem vel in hac vita Servi non timoris, sed dilectionis (astruit hic Interlin.) cives sanctorum & domesticis Dei, qui quidem regnant servientes, & regnabunt, cum viderint faciem Patris, & intraverint in gaudium domini sui. Vel si mavis, ly Servient intellige diligenter, amabunt, & uti interpretatur Viegas Sect. ult. num. 3. Multi itaque ad illud Genes. 22. 12. Nunc cognovi, quod timeas Dominum: leguat, Quod ames, servias. Unde Lyra ait: Servi Ange- li & beati servient, quia sicut servi, exequentes quicquid placitum est ei. Sanè iusti in vita (carpimus ex Aufonio Edyl. 15.)

— Et dominari Us possint servire volunt. Qua igitur acceptio Ss. Patriarcha Benedictus Regul. Sanct. Prolog. ait: Constituenda est à nobis Domini schola servitij. Et cap. 2. Sub uno Domino aq. salem servitutis militiam baluamus.

16 Hoccine sensu etiam dilucidandum testimonium Isaie: Ad servum dominorum. Minime quia exponatur mutua relatio, sed quia sub diversis dominis diversa subiectio. Quare hic non tam in servos designatur dominorum potestas, quam dominantium dignitas. Hinc Syr. & Septuag. Ad servum principum. Eodem stylo Cicero in Verrem 6. Servi domi- norum. Terentius in Eunuch. Act. 2. Scen. 2. v. 15.

Apparet, servum hunc esse domini pauperis. Et Iuvenecus lib. 1. Hystor. Evang. v. 655. Nemo potest dominus equè servire duobus, Nec pariter dominum servus patietur utrumque.

Hic itaque servitus non explicatur, sed servitium, nimirum dominorum ex famulis factus, vel copia servientium non pro conditione, sed pro dominorum auctoritate, quod olim vocabatur Accensus: clarebitque modò illud Suetonij in Cesar. cap. 20. Antiquum etiam retulit morem, ut quo mense faeces non haberet (quippe Consul secundus) accensus ante eum iret, licetores penè sequerentur. Nos dicimus: Satellitium. Unde Casiodorus lib. 4. Epist. 3. Ad ornatum Palatii nostri credimus pertinere aptas dignitatibus personas eligere, quia de claritate servitium crescit fama dominorum.

17 Præterea, servitus etiam pro obsequio. Apuleius in Florida. astruit servine servi- tium pro officijs studere, quod serè ministrorum, ut diximus. Idem lib. 8. Metam. subdit: Imaginem defuncti, quam ad habitum Dei Liberi formaverat, affixo servitio, divinis per- colens honoribus, &c. claritque lib. 2. de Habitudo. doctrinar. Plat. ubi: Est sanè melius, ta- lem regi, nec ipsum regendi alios habere potestatem: nec dominari, sed servire servitium. Terentius in Andria Act. 4. Scen. 1. v. 51.

— Hoc tibi pro servitio debeo

Apoç. 5. 10.  
Syr.  
Servi, idest,  
Cives.  
Haye.  
Servitus pro  
dominatione

Claudian.

Apocal.

Terent.  
Donat.

Terent.

Plaut.

Servitus pro  
obedientia.  
Interlin.

Et amoris  
Lyra.

S. Bened.

Isai. 47. 7.  
Servitus pro  
servitio.

Syr. & Sep-  
tuag.  
Cicero.

Terent.

Iuvenec.

Sueton.  
Pro pompa  
servitum.

Pro obse-  
quio.

Apulei.



Ergo in servitute expetunt multa iniqua. Ecce scena Jacob. Ideo emphatice dicit: Tu nosti. Labanum haud latere poterat. Tu nosti servitute, quae non mihi, sed tibi servivi. Ita enim laboravi, ut fatereris, licet rumparis. Ita exacte, ut ianna praclusa sit malitiosae suspicioni. Servivi servitute quasi servus, cum non essem. Vigilanter Hispan. Como un negro.

Varietas Iulianus.

24 Haec enim lubido praebavi pro expositione litterae. Versiones per illam sparsere ferè cuncti interpretes conveniunt in Idiotismo vel acculandi, vel auferendi casu. Tu nosti servitute qua servivi tibi. Rabb. Ionath. Servitute meam, qua servivi tibi. Perfic. Opus meum quo servivi tibi. Augustin. Servitute quam servivi. Hieron. Laborem quo servivi. Oleari. Operas meas. Caietan. Tu nosti, quod servitium exhibui tibi. Alij: Servitute, qua humiliatus sum. Alij denique: Humilitatem, qua servivi tibi. Ergo ad mores reformandos.

ADINATON EXEGETICUM.

- 1. Servitute, qua servivi. Minime servit, qui servitute nocet: quippe obsequiosè deglutiatur noticia, & in pectore fit vocmica.
2. Servitute, qua servivi: igitur in servitute divitiarum videtur imperium, modò evanescat servitium.
3. Servitute, qua servivi: etenim humilitas, dum tendit in servitute, obducit exaltationem.
4. Servitute, qua servivi: quoniam amantis captivitas, est summa cordis libertas.
5. Servitute, qua servivi. Servit honor,

ubi iurè maculatur decor: verum servit servitute, si liber crimine, splendor servit dedecori.

6. Servitute, qua servivi tibi: sanequàm non servit servitute, qui, cui servit, ad servitium non contemplatur praesentem.

7. Servitute, qua servivi. Modò ut servitium displicet, quod uti libertas placuit: tunc enim servitus cognoscitur, dum excutitur.

8. Servitute qua servivi: servitus sola est servitus libertatis; sed servitus cum exilio est servitus servituti.

DIDASCALIA PRIMA.

Ignominiosa conversatio susurronis.

Plutarchus.

Genius virulenti peccatoris, feminare discordias inter fratres.

Martial.

Ure astruit Plutarchus libell. de Different. Adulator. & Amicit. igitur si detractio pestilens & nociva, conversatio susurronis undecumque ignominiosa; eum propudium sit vel perfrecta audacis frontis, feminare discordias inter fratres, nitente infamia in ingenuitate aliena: quandoquidem haud loquitur, nisi quia audiens non loquetur, vel ut loquatur quod loquitur. Hispanice: Malicia, sepian, cuius officium solummodo discordiam fovere, & venena in exterminium pacis ministrare; ut fruatur pomo, modò Dex maneat in iurgio. Canit Martialis lib. 7. Epigram. 23. in Maledicum.

Te fingente in fas, Pylladem odisset Orestes: Thesta Pirithoi desistisset amor. Tu Sienlos fratres & mains nomen Atridas. Et Leda poterat dissociare genus. Hac tibi pro meritis, & talibus imprecor ausis. Ut facias illud quod puto, lingua facit. Turpe quidem officium, sed iuxta meritum. 2. Susurro est, ait Alapide in Proverb.

26. v. 20. qui discordiam inter amicos seminat, dum uni apud alterum vicissim detrahit, eius dicta & facta referendo, & sistrè interpretando, ac exaggerando, imò ex se multa addendo, & affingendo: ipse ergo fomentum & stabellam odiorum & iurgiorum. Ars singularis est quam describit Bernardus in Cantic. 3erm. 24. Unus est qui loquitur & unum tantum verbum profert & tamen illud unum verbum uno in momento multitudinis audientium, dum aures inscit, animas interperit: liquidem eum sit malignitatis intuitus, quod velociter currat sermo eius; nanciscitur propositum, vel dum incredibile profert altè verbum, reanocente lingua, volante infamia; quippequam vel exponendo fidem dubiam, demonstrat dedecoris notam; pectusque puridum obtinet vota, quoniam eius intentum, quod dispalefecit noticia, cuius nec tenpiss memoriam delect, sed rabo addat. My. Potius: Hem! O turpis futela! Haecine amicitia larva. Verba susurronis quasi simplicita, & ipsa perveniunt ad interiora. Incredibilem rem (inquit) narro, sed nar-

Qui sit susurros.

Alpid.

Fiat malitia sum.

Qua malitia summas.

Prov. 26. 2.

fati

Species huius peccati.

Nocivior sub specie affectionis & commissivior.

Bernard.

Calore voracitatis.

Unde cognoscitur susurronis.

Martial.

Sidon. Apoll.

S. Bened.

Colluvies maiorum ex susurronis.

Quare si nulli, si-ug?

rat: infamiam averfatur, sed prononciat.

3 Dicit Bernardus, ut per illum patet, & fugiat pectus. Sunt species (infiti) pestis huius, dum alij quidem nuad & irroverenter, uti in buccam venerit, virus evomant detractioem. Alij autem quodam simulata verendum fuso conceptam malitiam, quam retinere non possunt, adumbrare conantur. Videas praemittit alta suspiria, sicque quadam cum gravitate & raritate, vultu mesto, dimisit supercilij, & voce plangenti egredi maledictionem: & quidem tanto persuabiliorem, quanto creditur ab his qui audiunt, corde invito, & magis condolentis affectu, quam malitiosè profervi. Doleo, inquit, vehementer pro eo quod diligo cum satis, & nunquam potui de hac re corrigere eum. Et alius: Mihi quidem, ait, bene compertum fuerat de illo istud, sed per me nunquam innotuisset at quoniam per alterum praefacta res est, veritatem negare non possum: dolens dico, re vera ita est. Et addit: Grande damnum! Nam alias quidem in plurimis valet, ceterum in hac parte, ut verum fateamur, excusari minime potest. Hæc Bernardus: at qui sunt hi? Dicit ipse. Torquentur in bonis, malis pascuntur. Videas ambulare seorsum, convenire sibi, & sedere pariter, moxque laxare proceas linguae in detestandum susurrium. Ineunt familiaritatem ad maledicendum, concordat ad discordiam. Concordant inter se inimicissimas amicitias, & pari consentanea malignitatis affectu, celebratur odiosa collatio. Haud secus egere quondam Herodes & Pilatus. Facti sunt amici in illa die: hoc est, in die Dominica passionis. Heu pudor!

Quid non audebit perfida lingua loqui? 4 Quoniam huiusmodi zyzanijs suffocatur fructus agri Patris-familias, & abundante iniquitate refrigerat charitas; quandoquidem ut canit Epollinarijs in Epitalam. Araneolæ & Polemij v. 60. vel in optimis, Hoc ordine cuncta rotari.

5s Legislator, Luxque Monachorum Benedictus ita proprios alloquitur Regul. Sanct. cap. 65. Hinc suscitantur invidia, rixa, detractiones, amulationes, dissensiones & inordinationes: & dum contraria sibi invicem Abbas Praeposituque sentiunt, & ipsorum necesse est sub hac dissensione animas periclitari: & hi qui sub ipsis sunt, dum adulantur paribus: cuncti in perditionem. à D. Gregorio Nazianzeno Orat. 3. contra Iulianum, Susurro confertur Etnæ; & iurè. Etna operiflammam nive, delectat visu, urit tactu: cui sane simillimus vis susurro; quippe ver-

bum eius quod videtur candidum, involvit subdole incendium. Verba eius videtur candida, & candore cordis aperta; verum candor solum larva: equidem dum promittit accedentibus candorem, evomit ignem: Haud habet nivem ut defendat, sed ut candore sine suspitione fallat: etenim igne dum nive fulget,

Candente favilla Attolitque globos flammarum & sidera lambit.

Interdum scopulos, aculsaque viscera montis, Erigit cruciati.

Ut canit Virgilius lib. 3. Aeneid. v. 573.

5 Alliam timor causam, cur susurrones confertur Etnæ. Aliqui, ut refert Q. Smyrnæus lib. 14. arbitrati sunt ignis Aetnae perpetuitatem à nive nasci originem, quippe hæc flammarum pabulum, unde implacabile incendium. Per nivem designatur morum candor, per ignem verò futurionis furor: & merito similis Aetnae, qui flammam contegit nive; quippequam ignis malignitatis altians in putrido pectore, semper fovetur candore. In vitia quarit pabula, & eius ignis virtutes duntaxat efca: igitur querit candorem, ut convertat in fumum, vel materiam in incendium, pelus ore parulo inferni, cum ex morum candore fiat combuibile. Servitute servire: dicitur à Jacobo. Qui saluto notitia fervens, haud servit, sed officit: igitur dicit ut audiat, audit ut dicat: & dum hic inde detrahit, contrahit, pertrahit, ut notitjs obsequiosè serviat; utrumque in obsequio iugulat: nequique esse servitium, quod venenum.

6 Deliquit Cain interitu fratris, & super terram ingruit decretum maledictionis. Maledictus eris super terram: que aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Quid Domine, qui iustus iudex? Quid fecit terra? In quo deliquit, maxime ubi sanguinem innocentem suscepit? Theatrum devenustatur per species representationum? Infelix sane theatrum. Sanguis Abelis tellurem purificat, neutriquam maculat. Fratris tantum est iniquitas: ergo solus luat, quippe merito, penas. Etiam super terram maledictio fulminabitur: signa ne huiusmodi iudicatur supplicio. Sanguis sanguinem bibit, sed clamans aperuit os suum contra Cain: iureque maledicite ex officijs, ut paveat ex sententia malignitas susurronis: quandoquidem inter fratres unius sanguinem bibit, & alius cum clamore erimen ostendit.

7 Terram muta est, verum aperuit os suum. Pietas erat utcupere sanguinem inno-

Virgil.

Forma incendii ex candore maris.

Genes. 30. 24.

Genes. 4. 11.

Uniusfaci gineos bibit, & alius erimen ostendit.

KKKKK cent.